

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

12. Rem satis controversam propono. An in communibus pauperum  
necessitatibus, sicut in extremis & gravibus sit obligatio faciendi  
eleemosynam ex bonis omnimo superfluis? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ....

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

Thom. controver. 3. tract. 1. 1. dis. p. 2. sectione. 4. num. 18.  
Vigilia in 2. 2. quæst. 36. art. 6. conclusiones; num. 34.  
Layman lib. 2. tract. 3. cap. 6. num. 4. Sanchez in opuscul.  
tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 34. Bañez in 2. 2. quæst. 32.  
art. 6. dub. 1. & 2. Sotus de Iustit. lib. 5. quæst. 3. art. 4.  
Aragonius 2. 2. quæst. 3. 2. art. 5. Salonius in 2. 2. quæst. 71.  
art. 1. controver. 1. ad 1. Nauarra de restitu. lib. 3. cap. 1.  
num. 35. Malderus in 2. 2. quæst. 32. art. 6. dub. 4. Va.  
lentia tom. 3. disputatione 3. quæst. 9. punct. 4. Hurtadus  
de Mendoza ibi suprà. §. 82. Azotius tom. 2. libro 12.  
cap. 7. quæst. 4. Valentia tom. 3. disputatione 3. quæst. 9.  
punct. 4. Coninch disputatione 27. dub. 8. numero 125.  
§. 130. Turrianus in 2. 2. tom. 1. disputatione 82. dub.  
istius 1. Vafquez opuscul. de eleemosyn. cap. 1. num. 14. 18.  
& 24. & alij communiter. Et probatur hæc opinio,  
quia vniuersaliter tenetur subleuare miseriari proximi  
iūi, saltem quando absque vlo suo detimento po.  
test; sed qui habet superflua naturæ & status, po.  
tentabili vlo detimento suo subleuare miseriari  
panoris elargitione elemosynæ: ergo tenetur: ac  
primum ex genere suo peccat mortaliter fecis faciens,  
nisi paritas materiae excusat. Consequentia est cui.  
dens. Minor patet, quia nullum detrimentum est  
distribuere pauperibus id quod nullo modo nobis ne.  
cessarium est, sed ab solutè superfluo post sustentationem  
vita & status cum eo splendore qui decet.  
Major probatur, quia charitas obligat ad amandum  
proximum, non verbis tantum, sed opere & veritate,  
vt loquitur Iohannes Apostolus in 1. Can. cap. 3.  
hic autem veritas exigit ut velimus proximo bonum,  
& remedium malorum qua patitur, ac proin.  
de illum subleuenus, cum sine vlo detimento  
possimus, & qui secus facit, conuinetur non dili.  
gente ex animo. Confirmatur, quia notabilis proximi.  
ni necessitas, et si extrema non sit, est graue malum.  
ergo grauer lædit amicitiae iura, qui huic amico  
poterit absque vla difficultate subuenire, & ab eo  
malo illum liberare, non subuenit, aut liberat; ergo  
lætitia peccat, qui non elargitur elemosynam  
de superfluis status pauperi grauem necessitatem  
patitur.

3. Dices, si hæc sententia esset vera maxima pars di.  
vitum damnaretur, siquidem multi elemosynas omit.  
tunt in necessitate gravi. Aragonius in 2. 2. quæst. 32.  
art. 5. responder ex illis damnari plorimus Bañez art. 6.  
dub. 1. censet nos solùm multos diuites damnari; sed  
etiam ipsum Confessarios. Sed ego respondeo cum  
Valentia tom. 3. dis. p. 3. quæst. 9. punct. 4. §. 2. & alij,  
diuites & Confessarios posse multis rationibus excusare.  
Primum, quia multi vel non sibi presudant se  
habere superflua ad præsentem dignitatem augen.  
dam, vel conseruandam, vel non satis cognoscunt gra.  
uem proximi necessitatem, vel sibi perfundat proba.  
biliter alium latrum opem grauer egenti. Et ego  
ad alij cum Vafquez part. 2. tract. 1. 6. ref. 1. 26. obseruau.  
i. quod vix in diuitibus inueniuntur superflua status, de  
quo latius infra.

4. Quæres an prima opinio negativa sit probabilis?  
Inprobabile esse docet Bonacina dis. p. 3. quæst. 4.  
cap. 6. num. 8. ver. ad primum argumentum. Malderus  
in 2. 2. quæst. 3. 2. art. 6. dub. 4. & tanquam probabi.  
lem videtur illum admittere Couatruuias lib. 3. var.  
cap. 4. num. 5. oppositam enim sententiam tantum vo.  
cat veterem. Corduba lib. 1. quæst. 26. nos etiam. Neu.  
trum sententiam reprobat, ac censet probabilitatem  
oppositam. Palacius in 4. distinct. 15. dis. p. 6. dicit op.  
positam non esse certam, sed tantum admodum pro.  
babilem, & Medina C. de elemosyn. q. de necessitate  
facienda eam, aferit quod qui velit, non temere huic  
sententiæ adhæret.

5. Verum nonnulli Hurtadus de Mendoza in 2. 2.  
Tom. I. V.

disputat. 1. 59. fol. 4. §. 86. tener hac sententiam esse  
improbabilem, neque in conscientia tutam.

6. Notandum est tamen hic quod in casu de quo  
loquimur nempe quando pauper est in gravi necessi.  
tate, posse diuitem illam clavigiri, non elemosynam  
liberaliter donando, sed illam mutando; nam si hoc  
probabilitate potest facere in extrema necessitate,  
quanto magis in gravi. Vide Bañez in 2. 2. quæst. 32.  
art. 6. dub. 4. Lorcan in 2. 2. fol. 3. disput. 39. num. 53.  
licet contrarium afferat Suarez disput. 7. fol. 5. num. 7.  
Valentia tom. 3. disput. 3. quæst. 9. fol. 4. Coninch di.  
sp. 27. dub. 8. num. 153. & 155. unde viraque opinio  
est probabilis.

### RESOL. XII.

Rem satis controver. sam propono: An in communib[us] pa.  
perum necessitatibus, seu in extremitate, & graviis sit  
obligatio faciendi elemosynam ex bonis omnino su.  
perfluis? Ex p. 2. tr. 15. & misc. 1. Ref. 32.

§. 1. In duas diuisi partes hac in re Doctores, affir.  
mant enim D. Thom. in 2. 2. quæst. 32. art. 7. &  
ibi Caicetus, & Bañez Paludanus in 4. distinct. 15.  
quæst. 2. art. 2. & ex Neotericiis Nauar. in 11. an. 24. num. 1. Valent. tom. 3. disput. 3.  
quæst. 9. punct. 4. §. 2. Beccan. in 2. 2. cap. 21. numero 8.  
Bellarm. lib. 2. de elemosyn. capite 7. Ledesma in summ.  
tom. 2. tract. 4. cap. 3. concil. 13. fol. miki 109. & Beja  
in resp. cas. consol. p. 2. cas. 1. in Sabb. die 19. Octobr.  
& alij. Et ratio est, quia diuissio rerum, quæ con.  
muni gentium censent facta est, sine dubio recte  
facta est. Ergo, qui post factam diuisionem abun.  
dant rebus, tenentur alii, qui indigent, ex super.  
fluis succurrere; alioquin si non tenentur, iam licet  
reincident omnia superflua; & sic diuissio facta est in  
præiudicium, & dannum indigentium, ac ideo non  
est prudenter facta. Secundū, qui non dat elemosyn.  
am ex superfluis, ostendit se non habere charitatem  
erga proximum; ergo charitas, & misericordia obli.  
gabili in tali casu. Secundū, ergo hanc opinionem, te.  
nentur diuites ex superfluis ad decentiam statu, elem.  
mosyna succurrere communib[us] pauperum necessita.  
tibus; seu, vt clarius loquar, tenentur sub mortali,  
in pauperes distribuere superflua ad decentiam  
status.

2. Sed licet hæc opinio sit probabilis, probabilitas  
semper mihi visa est contraria. Dico igitur neminem  
teneri distribuere sub mortali superflua ad decentiam  
status, nisi in extrema, vel gravi proximorum necessi.  
tate. Ita tenet Fernández in suo exam. Theol. p. 4. cap. 20.  
§. 2. n. 12. Victor in notis ad Nauar. cap. 23. n. 74. Tur.  
rian. in 2. 2. dis. p. 82. dub. 2. Vafquez opuscul. de elemosyn.  
cap. 1. dub. 3. n. 21. Malderus in 2. 2. q. 27. art. 6. dub. 4.  
Ioan. Medina in tract. de elemosyn. q. 3. Pet. à Nauar. lib. 3.  
cap. 2. n. 357. Couat. lib. 3. var. cap. 1. 4. num. 5. & ex ve.  
teribus Gabriel in 4. dis. p. 16. q. 1. concil. 5. Alensis p. 4.  
quæst. 113. memb. 1. Abb. in cap. si verb. de iure iurando,  
D. Anton. p. 2. tit. 1. cap. 24. & alij. Probatur hæc opinio,  
nam si quis teneretur pauperibus erogare super.  
flua, consequens erit, vt non possit talis ea donare, cu.  
velit aut ex eis pios aliquos sumptus ad diuinum cul.  
tum facere, vt Ecclesiast, vel collegium adificando,  
&c. Hoc est absurdum: ergo.

3. Adde, quod si contraria opinio esset vera, oportet  
plurimos, in omnibus diuites damnare, qui ha.  
bent superflua, & consequenter etiam illorum Confess.  
arios. Et tandem, quia si ea de causa mortale de se  
est, superflua habere in aliis finem, quam in  
subuentione pauperum, pariter est mortale istud  
acquirere. Hoc est absurdum; ergo. Major probatur,

Sup. hoc in  
Ref. seq. &  
sup. in Ref.  
8. §. 1.

N  
N  
LIV. V  
III

nam quod non potest licetē retinēti, non potest etiam licitē acquiri. Ergo.

4. Quæ cùm sint duriora, neque de talibus soleat pœnitentibus esse scrupulus, vel à confessariis eis insiti, neque detur ratio efficax, quæ illum admittere compellat; relinquitur sanè, nec esse admittendum quod peccatum mortale sit superfluum, tam naturæ, quam statui retinere in alium finem, quā in pauperum subuentioinem? excepto casu extrema, vel quasi extrema, seu grauis necessitatis, & non communis; pro communis autem necessitate, intelligo illam, quam patiuntur pauperes ostiati mendicantes, & hi qui utique quidem tuerunt suum statutum, sed non sine magno labore, nec sine difficultate: quos quidem pauperes, non tenentur diuities inquireti ad subleuandam eorum egestatem, vt ex Nauarro notat Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 4. cap. 20. sct. 1. n. 146.

Sup. hoc in  
Ref. 1. not.  
præterita, §.  
Tertiò, & la-  
tè inſtituta.  
Ref. 18. fi-  
gurator in  
fia.

5. Ex omnibus respondeo ad propositum quæſitionem negatiæ: & licet opinio affirmativa eſſet vera, tamen in praxi nunquam, aut rariū eueniet. Nam, vt ait Vasquez opus. de elemos. cap. 4. dub. 4. num. 14. laici posuimus de bonis patrimonialibus feruare ad statutum suum, vel consanguineorum mutantum, & tunc illud non dicitur superfluum. Vnde vix in sæcularibus inuenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Hæc Vasquez, quæ quidem confessarii diuitium multum plausibilia erunt.

### R E S O L . XIII.

An ex superfluo statutus tenetius quis facere elemosinam in communib[us] pauperum necessitatibus?

Et an pauperibus, quid ad mendicandum publicis in locis expositi, vel ex nuditate, vel ex morbo extrema necessitatis evidentiā signa offendunt, sub precepto teneatur quæ ſucurrere, si habet superfluum vite?

Et notatur quod si quis habens superflua ita omittit elemosinam, vt nihil omnino de communiis necessitatibus patientibus, aut ita modicum pro quantitate sua substantia, peccat mortaliiter. Ex part. 5. trac. 8. Resolut. 17.

Quæ hic est  
Ref. antec-  
dens, & sup.  
in Ref. 8. §. 1.

§. 1. Prima sententia affirmat, sic sentiunt Doctores, quos ego ipse citavi in 2. part. trac. 1. mis. refol. 32. quibus nunc addo Iohannem V Vigersin 2. 2. quæf. 32. art. 6. dub. 6. num. 39. Bocanum in 2. 2. cap. 21. dub. 4. num. 8.

2. Secunda sententia Azorij tom. 2. lib. 12. cap. 7. q. 4. ver. accedit. Suarez de charitate, disp. 7. sct. 3. n. 3. & Lorca in 2. 2. sct. 3. disp. 39. memb. 2. num. 30. vbi docet quod nemo tenet omnibus communiter indigentibus subuenire, sed aliquibus, nec tenetur in totum alicuius indigentiam subleuare, sed satis est aliquid ei date. Item potest omitti unus & alter pauper communiter indigentes, etiam si petant elemosinam referendo eam aliis. Ex quibus infero neque etiam esse necessitatem totum superfluum in elemosinam expendere, sed potest aliquid reservari in alios usus licitos; & praestitum pios. Quorum omnium ratio hæc est, quia præceptum occurrendi communibus indigentibus pauperum ex parte accipientium non est determinatum, sed vagum, & indeterminatum, ex parte dantium non est tale, vt singulos obliget in solidum, sed communiter omnes diuities, & habentes superflua, & sufficientes his necessitatibus subueniri censeantur, si singuli aliqui dent, & aliquibus; quam latitudinem obligationis communis elemosynæ, & proper eam non esse prætermittenda alia opera pietatis, indicauit Christus Matth. 26. cùm approbans obsequium Magdalena dixit Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, id est,

occasio beneficiandi pauperibus semper adest, & non ita vrget, quin possit in aliud tempus diffieri, &c. Non ergo iudicandum est quoniam peccare mortaliter omissione huius præcepti, eo quod superflua possideat, & retineat, vel in alios usus expendat, nec eo quod unum, aut alterum pauperem prætermittat, sed tunc solum quando ita omittit elemosynam, vt nihil det, aut ita parum pro quantitate substantia, & in eodem modo omittere reliqui diuities, pauperibus deset subdiuum, id autem in specie decimæ prudentis arbitrio committit debet. Ita Lorca. Vnde ex his Suarez obi. suprā num. 7. censet esse peccatum mortale hunc actum, Nolo de superfluis erogare elemosynam in communib[us] necessitatibus, nisi sciret ocurras graues necessitates. Vide Tannerum tom. 3. disp. 2. 2. 2. dub. 2. num. 15.

3. Tertia sententia affirmat in tali casu adesse tantum peccatum veniale, & ita docet Granadus in 2. 2. controverf. 3. trac. 1. 1. disp. 2. sct. 4. num. 26. vbi sic ait. Di-  
co tertio, excusari non potest à culpa veniali, & periculoso statu, qui de superfluis non eligitur elemosynam in communib[us] pauperum necessitatibus nisi cùm ratio aliqua pietatis, & diuini obsequij præponderat; hoc vt minimum dandum est Doctoriis posterioris sententiæ, & fortitudinis argumentis, quibus ea comprobatur, & sane nemo est, qui non videat otiosam & auaram pecuniae retentionem esse, quando quod tibi nullo modo, etiam ad status gloriam, & magnificentiam, necessarium est, in area reservas, aut nouas domus extruis, & ad honoris aspiras. Merito itaque Iacobus Apostolus in sua Cap. ciuimodi diuities incœpauit, Diuitia vestra p[ro]fessio[n]e sunt, & vestimenta vestra à tenuis concepta sunt, aurum, & argentinum vestrum aruginavit, & argo eorum in testimoniorum vobis eritis, & manducabitis carnes vestrae sicut ignis, thesaurizatio vobis iram in novissimis diebus quæ verba esti grauen culpam significant, & intelligenda sint rigorosè de diuitiis, qui extremit, aut grauibus necessitatibus succurrere nolunt, iuxta pietatis assertionem, & dicta etiam videantur contra diuities, qui retinent aliena, & occasione diuitiarum alia luxuria & homicidij sceleris perpetrantur, vt collat ex sequenti, immediatè in illo metu capite, adhuc tamen quoad culpas veniales, & maximum mortalitatis periculum extendenda sunt ad easum nostræ tertie assertio[n]is. Vide egregium Commentarium Augustini de Quirios in predictum locum. Addidi rame, in ratio aliqua pietatis, aut diuini obsequij præpondere, quia si in communib[us] necessitatibus diues non eligitur pauperi elemosynam, vt templum adhuc, vel Monasterium Religiosorum erigat, vel quid simile, ab omni culpa excusatibus, vt Ecclesiæ praxis perfuderet. Ratio vero est, quia cùm obligatio in predicto casu subveniendi pauperibus non sit gravis secundum probabilem opinionem, de qua in secunda assertione, sed leuis & orta ex charitate, cuius præcepta non solent ita strictè obligare, videtur sufficiens ad vitandum in hoc negotio omnime peccatum, quod in sumptu p[ro]lixi, & diuini obsequij expendantibus bona superflua, nec est pauper rationabiliter iniurias si propterea communem eius miseriari non subleuat, vt alia opera pietatis exequatur. Haec tenus Granadus loco citato.

4. Verum his non obstantibus mihi placet quarta sententia negans nulli hominum esse obligationem erogandi elemosynam in necessitate communis. Ita DD. quos ego citavi vbi suprā in 1. part. tr. 1. Mis. trac. refol. 32. quibus nunc addo doctum Hurtadum de Mendoza in 2. 2. disp. 159. sct. 4. §. 131. & ratio est, quia ego non tenor alicui erogare mea bona, quædo prudenter existimo proximi necessitatibus depelendam ab altis; sed hoc contingit in necessitate com-